



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Vbi quæ ad omnifariam Episcopi potestatem, vel ad Sacramenta, &
Ordines conferendos, vel ad dispensationes elargiendas pertinent,
comprehensa sunt

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Cvm infamibus an possit dispensare? Allegatio XLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98621)

EPISCOPVS CVM infamis an poſſit diſpenſare?

ALLEGATIO XLIII.

EX proprio delicto contrahitur infamia iuris, aut facti. Iuris dicitur, quando ipſo iure Canonico, aut Ciuili imponitur poena infamiae, illi enim, qui ſunt infames de iure Ciuili, regulariter ſunt etiam infames de iure Canonico, niſi expreſſe ius Canonicum illam infamiam tollat, facit c. infames, 6. quaſt. 1. Bernard. in pract. cap. 93. num. 2. in nouiſſ. edit. Carol. de Graſſis de effectibus cleric. effectus 2. num. 255. Anula de cenſuris par. 7. cap. 11. dub. 5. conſul. 1. Azor. inſtitution. moral. p. 1. lib. 6. capit. 7. quaſt. 3. Nicol. Garcia de benefic. par. 7. cap. 8. num. 11. Henric. in ſum. lib. 14. cap. 5. d. 4. in commento lit. T.

2 Tales ſunt uſurarij, vt probant tex. in l. improbum ſexus, C. ex quibus cauſis infamia, cap. 2. §. porro, 3. quaſt. 7. Afflic. dec. 120. Mateſil. ſingul. 49. Gemin. de uſuris commento 4. in praefat. num. 3. Cotta in memor. ab. verbo uſurary pagin. 934. Cald. Pereira in comment. ad §. ſoror, num. 44. verſ. uſurarius, inſtitut. de inofficio teſtamen. Nicol. Garcia de benefic. par. 7. cap. 8. à num. 20. Campanil. in diuerſorio iuris Canon. rubr. 11. cap. 20. à princip. Bellet. diſquiſit. clerical. tit. de diſciplina clericali, §. 10. num. 35. Salzed. ad Bernard. in pract. capit. 93. litt. A.

3 Vbi etiam reſoluit poſſe hanc infamiam notam aboleri ab eo, qui iam poenitentiam egit ad effectum obtinendi beneficia eccleſiaſtica, gloſ. celebris in cap. praterea de uſuris, quam eſſe communem dicit Couarurus, lib. 3. variar. cap. 3. numer. 3. verſ. quæ ratione.

4 Eamque intelligit procedere quoad beneficia obtenta, non vero quoad obtinenda, quæ infames, & per conſequens huiusmodi uſurarij aſſequi non poſſunt, neque ad illa eligi, aut praſentari, Gemin. diſt. commento 4. in praefat. num. 6. cum ſequentibus, Farinac. fragmentor. criminal. par. 1. lit. C. verbo clericus à num. 120. Nicol. Garcia d. cap. 8. à num. 28.

5 Sic etiam condemnatus actione furti efficitur infamis, & indignus, ac inhabilis ad ſuſcipiendum Ordines, ſi vero occultus ſit poſt reſtitutionem, & poenitentiam Sacris valet initiari, vt probat tex. in cap. ultim. de ſurtis, Bernard. in pract. capit. 93. num. 2. in nouiſſ. edit. Campanil. diſt. rubr. 11. cap. 25. num. 14. cum ſeqq. Bellet. d. §. 10. num. 11.

6 Poenitentes ſolemniter infamiae nota laborare reſoluit Bernard. in pract. cap. 19. num. 1. alias cap. 23. in nouiſſ. Henric. lib. 13. capit. 38. §. 3. verſ. termo. Mari. Alteri. de cenſuris tom. 2. diſputation. 16. de ſuſpen. cap. 1. verſ. quartus caſus, Campanil. diſt. rubr. 11. cap. 21. num. 1. & ſine dubio ordinari non poſſe probant tex. in cap. ex poenitentibus, 50. diſtinct. & in ciſtile, eadem diſtinctione.

7 Solemnem enim poenitentiam faciens, etiam illa peracta prohibetur ordinari Maiol. de irregularitat. lib. 3. capit. 2. ſub num. 4. verſ. quæ omnia, non autem ſi publicam fecerit, quia poſt illam promoueri poteſt, idem Maiol. diſt. lib. 3. cap. 3. poſt numer. 2. verſ. & licet, Mari. Alter. ubi proxime.

8 Cum his ſolemniter poenitentibus licet Episco-

pis propter neceſſitatem, vel vtilitatem ad ſuſcipiendos minores Ordines diſpenſare, ſilueſt. verbo poenitentia num. 3. Bernard. diſt. cap. 23. num. 3. Maiol. diſt. c. 3. ſub num. 6. verſ. hoc quæ, Campan. d. cap. 21. num. 7. Mari. Alter. ubi proxime.

9 Apoſtata decilcentes à Religione Chriſtiana ad Iudaismum, etiam ſi poſtea impoſita poenitentia ab Inquiſitoribus Eccleſiae reconcilientur, infames ſunt, nec poſſunt aliquo Ordine inſigniri, nec in ſulceptis miniſtrare, optime Cald. Pereira quaſt. ſerenſ. conſ. 13. num. 6.

10 Cynardi, lenones, hiſtriones, ioculatores, ludentes in ſcenis, & luſſiones ſunt infames cap. 1. 2. 4. quaſt. 1. cap. pro dilectione, de conſecrat. diſtinct. 2. l. 2. §. aut prator, ſſ. de his qui notantur infamia, Menoch. conſ. 149. numer. 20. 25. & 18. Cald. Pereira ad d. §. ſoror, num. 44. & 45. Borrell. in addition. ad Bellugam in ſpeculo Principum rub. 11. §. Videndum num. 18. litt. H. Carol. de Graſſis de effectibus cleric. effectus 1. num. 1235. & ideo non poſſunt promoueri ad clericatû, c. maritum, 33. diſt. cap. 1. ſi. aſt. Bellet. d. tit. de diſciplina clericali, §. 10. num. 17. & 18. ubi num. 20. intelligit de his, qui publice coram populo faciunt gellulationes ſui corporis, & ſe in illis affluſiunt, bis ſaltem, cauſa quaſtus.

11 Alcatonibus, quia ſunt infames, vt reſoluit F. u. tom. 1. communium opinion. lib. 3. titul. 29. de religioſis, & ſumpt. funer. verſ. ubi Andr. pag. 431. Maſcard. de probationib. conſulſion. 995. Rebaſſi. de reprobation. teſtim. num. 331. Molina de iuſtit. diſt. 2. diſputation. 159. in fine, verſ. nihilominus, Cald. Pereira. ad d. §. ſoror num. 44. verſ. Cinadi.

12 Non poſſunt beneficia conferri, ſi enim ſunt publici ipſo iure nulla eſt collatio illis facta, ſi occulti veniſſent, nec ſunt ratione conſuetudinis excuſandi, vt tenuit Rota in rena Pamplonien. Parochialis 21. May 1574. coram. Illuſtriſſimo Aldobrandino, poſtea S. D. Clemente VII. & habetur decif. 426. par. 1. diuerſor. reſoluit Salzed. ad Bernard. cap. 73. litt. D. in nouiſſ. edit. Valeri. Reginald. in praxi ſori par. lib. 30. num. 199. Flamin. de reſignat. lib. 4. quaſt. 3. ad fin. Nicol. Garcia d. cap. 8. num. 40.

13 Quamuis infamia notetur, quos lex infamat, coipio quod aliquid commiſerunt, vt tenent laſum l. cunctos populos lect. 2. num. 44. C. de ſumma Trinit. Aretin. in §. ex quibusdam poſt. num. 9. inſtitut. de poenis tempe larg. vt autem huiusmodi iuris infames patiantur eodem illos effectus, quos ipſamet infamia parere ſolet, oportet quod ſint crimen in iudicio conſeſſi, aut conuicti, cap. teſtimonium de teſtibus, vel ſaltem accuſati, durante tamen accuſatione, & antequam ſe probauerint innocentes capit. final. eodem titulo, Nicol. Garcia diſt. cap. 8. num. 6. ubi num. 7.

14 Intelligit, quando perſona eſt infamata apud bonos, & graues homines, alias accuſatio non impedit promotionem, requiritur enim ſententia declaratoria de crimine famoſo, quod infamet, vt quis dicatur infamis infamia iuris per l. ſurti, ſſ. de his qui not. infam. reſolutum fuit in rena Bononien. teſtamen. die 1. Iunij 1551. coram Auguſtino relata per Caputaquen decif. 90. infamia, par. 2.

15 Et ideo qui virgis caſus fuit præcedente iudicis ſententia, aut ad trirremes damnatus, in eis ſteſerit, ad Ordines promoueri non valet, vt conſuluit Nauarr. conſil. 43. incip. queritur 1. num. 2. ſub tit. de temporibus ordinand. in nouiſſ.

16 Omittendû tamen non eſt, quod dâ præſtatur

incurfa ista infamia prae textu alicuius sententiae, consistere de illa oportet, nec sufficeret si testibus probaretur latam fuisse, *Lanfranc. in c. quoniam nu. 72. de probation. Vnde etiam ex eo quod quis ductus ad furcas, vt suspenderetur, appareret, non diceretur probata infamia si sententia non produceretur, iuxta dictam R. & decisionem relatam per Caputaqu. adducta decis. 90. pag. 2.*

17 Infamia facti est cum quis notatur de aliquo crimine apud bonos, & graues, seu cum opinio alicuius graua est apud bonos, & graues super aliquo crimine, seu peccato, *Felin. in dict. cap. testimonium, numer. 14. Henriquez dict. §. 3. Pinal. in appendice ad candelab. nureum, cap. 10. numer. 4. Vgolin. de irregularitat. cap. 60. numer. 4. Nicol. Garcia dict. cap. 8. numer. 12. Campanil. dict. rub. 11. cap. 18. num. 5.*

18 Inter hanc facti, & illam iuris dantur aliquae differentiae, quia illa scilicet, infamia iuris, de iure bene potest esse occulta, secundum *Felin. in dict. cap. testimonium, numer. 15.* & incurritur, quamuis delictum ex quo illa oritur, seu propter quod ipso facto irrogatur, sit occultum, *Paul. de Castro in dict. l. improbum janus, numer. 1. quicquid dicant Covarr. lib. 3. variat. cap. 3. numer. 2. & Henriquez dict. §. 3. quatenus ad infamiam etiam iuris requirunt, quod addit fama publica, & quod delictum sit publicum, quia contra eos est verior opinio, quam sequitur Nicol. Garcia dict. cap. 8. numer. 19. Hae vero scilicet facti, cum consistat in vitae fordis, & vilitate diuulgata, non potest esse occulta, vt post *Felin. & Aulian. resoluti idem Nicol. Garcia dict. capit. 8. numer. 4.**

19 Deinde alia est differentia, quia infamia iuris non solum impedit practici, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis, *l. infamia, c. de decurion. lib. 10. l. iudices, c. de dignitatibus, lib. 12. Covarr. pract. cap. 19. numer. 5. conclus. 5. Nicol. Garcia dict. cap. 8. nu. 33.* Infamia vero facti licet repellat quem à dignitatibus habendis, non tamen repellit ab obtentis, vt tenent *Henriquez dict. §. 3. in med. Campanil. dict. cap. 18. num. 5. in fine, Nicol. Garcia dict. cap. 8. num. 35. & 36. vbi num. 37. asserit id procedere in dignitatibus, & honoribus citra titulos beneficialles, secus vero in beneficialibus, quia non est tex. hoc dicens.*

20 Vterius infamia iuris per Principem aboleri potest, vt tenet *Henriquez dict. §. 3. prope finem, eleganter sfort. Odd. de integ. restit. par. secunda quæst. 92. vbi art. 4. tractat de Papa, vel collegio Cardinalium, & art. 5. de p. p. scopo, & art. 6. de Inquisitore contra haeticam prauitatem, & art. 8. de senatu Romano, & art. 9. de Marchione, Duce, & ceteris Dominis. Infamia vero facti ab eo remoueri non potest, quia opinio hominum de bonitate, vel de malitia alicuius, non potest ab aliquo etiam Maximo, vel supremo Principe tolli, Princepsque non potest facere, vt homines credant illum esse bonum, quem credunt & credere nolunt esse malum, imo non nisi à Deo infamia facti aboleri potest, vt firmat *Roman. singul. 460. incipit, dubitatio est magna: quamuis sfort. quem refert, & sequi videtur Farinac. in praxi criminali. par. 1. quæst. 6. numer. 45. vers. in proposito dicat quod Princeps restituit etiam ab infamia facti, si hoc ei placeat, & exprimat.**

21 Est tamen verissimum illam auferri contrario facto, hoc est, quod sicut hominum oblocutione processit, ita contrario eorum dicto tollatur, ex *Abb. in cap. cum te, num. 9. de sentent. & re iud. Cam-*

pan. dict. cap. 18. numer. 5. prope fin.

22 Emendatus autem praesumitur qui crimen commisit occulte, & confessus est Sacerdoti, *Mascard. de probat. conclus. 465. num. 7. imo vt ipse ait conclus. 600. num. 10. ad probandum, quem esse emendatum non satis est, illum esse contritum, & confessum, sed exterior requiritur satisfactio, & num. 12. resoluti quod emendatio per absolutionem à crimine probati potest.*

23 Criminosus praesumitur purgatus, & emendatus, si trium annorum intervallo ab improbe factis abstinerit, & in rectis actionibus, & honestis se exercuerit *Mascard. dict. conclus. 465. numer. 10.* Sic etiam emendatus praesumitur, qui post peccatum operatur bonum, *Mascard. dict. conclus. 600: numer. 15.*

24 Præterquam in reatu periurij, cuius emendatio non detrahit infamiam ab eo prouenientem, vt probat *tex. in dict. cap. testimonium, Pinal. tom. 1. commun. opin. lib. 4. titul. 10. numer. 133. vers. imo dic. Mascard. concl. 1168. à numer. 16. Robuff. de reprob. testium num. 399.*

25 Quæres quamnam sint in vniuersum crimina ex quibus infamia iuris vel facti contrahatur; respondeo cum *Azor. dict. par. 2. lib. 6. cap. 7. §. 3. vers. infamia, in cap. constitutum 3. quæst. 5. ita dici. Ab accusatione, & testimonio repellit, qui infames sunt, homicidae, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, venefici, periuri, & qui raptum fecerunt, vel qui falsum testimonium dixerunt, seu qui ad fortilegos, diuinosque concurrunt. Item in dict. cap. infames, sic dicitur Infames vocantur omnes, qui Christianae legis normam, & statuta contemnunt, Scelerum quoque violatores, & omnes, qui aduersus patres armantur, & de belis publicis fugientes, & qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates Ecclesiae auferunt iniuste, & qui fratres calumniantur, aut acculant, & non probant, & qui contrainnocentes Principum animum ad iracundiam prouocant, hoc est, delatores, & omnes anathematizati, vel pro suis sceleribus ab Ecclesia repulsi.*

26 Item infames sunt Malefici, venefici, Militiae desertores, haeretici, fautores, defensoresque haeticorum, & eis credentes, & eis fauentes; schismatici blasphemii, siue maledicti, qui simoniam in beneficiis, vel Ordinibus conferendis, vel recipiendis admittunt. Duellum offerentes, vel oblatum ab aliis admittentes: qui calumniantur, aut acculant, cum tamen crimen factum esse non probent, quos omnes sic summam perstringit *Azor. dict. quæst. 3. vers. denique.*

27 Item infamis est, qui duxit uxorem vilem, & abiectam, vel meretricem, vel reiectam, & repudiatam, vel ioculatricem, saltatricem, & scenicam, ancillam, concubinam, *cap. si quis viduam 6. q. 1.*

28 Denique habetur infamis, qui artem aliquam vilem, abiectam, vel ignominiosam proficitur, & publice exercet, vel qui officio vili fungitur, quales sunt mimi, lenones, scenici, carnifices, lictores, macellarij, tabernarij, cauponarij, auriga, & alij his similes. Item tutor, vel curator, qui pupillam sibi, vel filio matrimonio iunxit. Clerici item, qui publice, cum scorto rem habent prout omnes commemorat *Azor. loco proxime citato.*

29 Infames praedictos, tam iuris, quam facti infamia notatos irregulares esse tenent plures Doctores *gg. iij*

res, quos refert, & sequitur Nicol. Garcia dist. cap. 8. numer. 44. ac Ordines suscipere ecclesiasticos vetitos esse probant tex. in dict. cap. infames, cap. final. §. 1. distinct. cap. accusatum, de Simon. v. nal. dist. cap. 10. numer. 3. Nicol. Garcia, dist. cap. 8. numer. 5. Beller. dist. tit. de discipl. cleric. §. 10. à numer. 1. Campan. dist. rub. 11. cap. 18. à numer. 1.

30 Circa tamen eorum dispensationes, quod est nostræ alleg. principale quaesitum, advertendum quod in infamia iuris, & in irregularitate, quæ ex ipsa procedit, solus Papa dispensat, in illa vero, quæ nascitur ex infamia facti, qualis est, quæ nascitur ex crimine aliquo notorio Episcopus dispensare valet, ut post Nau. in man. cap. 27. numer. 204. resoluit Fr. Ludov. Miranda in man. Prælat. tom. 2. q. 8. art. 5. conclus. 1.

31 Item infamia potest auferri per Episcopum dispensantem super delicto, ad quod sua facultas extenditur (ut quod non est gravius adulterio) directe enim dispensando in delicto, indirecte etiam, & accessorie debet infamiam inde confurgentem abolere: ita v. golin. dist. cap. 60. §. 5. numer. 3. Anila de censur. par. 7. disputat. 4. dub. 6. Bonacina cod. tract. disputat. 7. q. 5. punct. 1. pun. 6. vers. tertio, Henríquez dist. cap. 5. §. 3. in fine, ubi etiam tenet quod superueniente hac iuris infamia dispensat Episcopus, ut retineat vltim Ordinum, & beneficia, non autem, ut de nouo obtineat.

S V M M A R I V M.

- 1 Sodomie crimen quare dicatur vitium nefandum.
- 2 Sodomitæ omnes mortui fuerunt in illa nocte, qua Christus Redemptor Noster ex Virgine Maria natus est, & cum illis Virgilius Poeta celebratissimus.
- 3 Caluinus hæreticus, Aristoteles, & alij Philosophi, excepto Platone, sodomitæ fuerunt.
- 4 Vitium hoc quare contra naturam dicatur.
- 5 Peccatum est grauissimum, turpissimum, abominabile, & perexosum.
- 6 Sodomitæ igne comburuntur.
- 7 Bona eorum confiscantur.
- 8 Infames fiunt.
- 9 Testandi facultatem amittunt, etiamsi non essent condemnati, vel post mortem opponatur.
- 10 Sodomitæ puniuntur etiamsi non constet de corpore delicti.
- 11 Quilibet ad eum accusandum admittitur.
- 12 Aetas tenera delinquentis non excusat à pœna criminis sodomitæ.
- 13 Minor sodomitæ arbitrio iudicij puniendus.
- 14 Credendum non est asserenti aliquem secum voluisse committere hoc crimen.
- 15 Minoris dictum attestantis se de hoc crimine attentatum, non facit indicium contra attentatorem, nisi concurrentibus alijs adminiculis.
- 16 Puero affirmanti se esse sodomitatum in nullo creditur.
- 17 Meretrici affirmanti se esse sodomitatam, vel de hoc crimine attentatam, non creditur.
- 18 Vxorì attestanti se à viro sodomitatam non creditur.
- 19 Testis absque citatione partis in hoc crimine recipi potest.
- 20 Testibus singularibus deponentibus ex actibus singularibus cum alijs adminiculis proceditur in Hispania contra sodomitæ ad pœnam ordinariam.
- 21 Clerici hoc nefandum crimen committentes, quas pœnas incurrant.
- 22 Pœna contra clericos hoc crimen committentes à Pio

v. inflata non comprehendunt exercentes vitium bestialitatis.

23 Comprehendunt non solum clericos masculorum concubitores, sed etiam illos, qui muliere retro abutuntur.

24 Comprehendunt tantum peccatum hoc in sua specie consumentes, non vero pollutionem extraordinariam, seu extra vias exercentes.

25 Comprehendunt etiam illud ex usu continuato committentes.

26 Comprehendunt notorium tantum, non vero occultum exercentem.

27 Clericus propter huius criminis atrocitatem quamdiu illud est occultum, nullam incurrit suspensionem, aut irregularitatem.

28 Ordinari potest sodomitæ, & beneficium acquirere si occultum sit crimen, & nondum fuerit deductum in iudicium.

29 Beneficijs licet ipso iure priuentur vitium hoc committentes per dict. Bullam Pij v. tamen ea retinere possunt quousque sententia declaratoria intercedat.

30 Episcopi cum conuictis de crimine nefando, & indicio condemnatis, nullo modo possunt dispensare.

31 Confessarij quomodo procurare debeant, ut tam abominabile vitium omnino extirpetur.

EPISCOPVS AN POSSIT ad Ordines dispensare cum sodomitis de nefario crimine conuictis?

ALLEGATIO XLIV.

- 1 Sodomie crimen vitij nefandi nomen fortitum est, eo quod nec fari quidem de eo liceat, in tantum quod diabolus fugit quando huiusmodi crimen committitur, ut allert Aflut. in Confut. Neapol. lib. 3. rub. 42. numer. 11. & memorabile est illud quod scribit D. Hieronym. super Isaiam, & Job.
- 2 Quod in illa nocte, in qua Christus Redemptor noster ex Virgine Maria natus est, omnes sodomitæ mortui fuerunt, & cum illis Virgilius celebratissimus Poeta, qui, ut fertur, illo morbo laborabat, tradunt ex Bern. Bonacos, & alijs Censul. communium contra communes quæst. 248. numer. 10. Salzged. ad Bernard. in pract. cap. 89. in princ. in nouiss. edit. di. avi. Alter. de censur. tit. 2. disput. 15. cap. 3. vers. tertio, & nouissime Eorinan. do Valle de Moura de incantat. & en salus scilicet. 3. cap. 4. numer. 13.
- 3 Vbi num. 76. dicit quod Caluinus, Aristoteles, & alij Philosophi totius naturalis, & moralis præcipui in gentilitate magistri sodomitæ fuerunt, excepto Platone, qui amore veritatis contemplanda, abstinnuit ab omni delectatione venerca.
- 4 Et per antonomasiam dicitur hoc crimen contra naturam, quia non solum est cōtra naturam hominum, sed etiam contra genericam, ut dicit Otter in interpret. cap. fin. de consuet. numer. 8.
- 5 Turpissimum, & grauissimum est peccatum hoc, abominabile, & perexosum, ut patet tum ex D. Paulo ad Roman. 1. tum ex grauissimis pœnis à iure civili inductis in l. cum vir C. de adulter. ubi horribiliter, verbis tamen elegantibus, Imperator loquutus est, & in Aut. ut non luxurientur homines, culat. 6. licet enim ille text. in dict. l. cum vir videatur imponere pœnam gladij, id est, amputationis capitis, tamen de consuetudine est quod sodomitæ igne comburantur, prout tenent Gomez l. 80. Tauri. num. 32.